



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Augustissimæ coelorum Reginæ Mariæ Magnæ Dei Matri Hoc qualecunque
Munusculum F. Augvstinvs Paoletti Eremita Avgvstinianvs Peccatorum
omnium abjectissimus D. D. C.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)



AUGUSTISSIMÆ COELORUM REGINÆ
BEATISSIMÆ VIRGINI

MARIÆ MAGNÆ DEI MATRI

Hoc qualecunque Munusculum

F. AVGVSTINVS PAOLETTI
EREMITA AVGVSTINIANVS

Peccatorum omnium abjectissimus

D. D. C.



Uoniam notum mihi est atque perspicuum (O SERENIS-
SIMA COELI REGINA) culparum mearum multitu-
dinem, arenæ numerum excedere quæ est in litore Ma-
ris, ideo ad hunc librum Nominis Tui immortalitati dedi-
candum coram Te comparere & ad Tuæ Majestatis pedes
me prosternere nequaquam audeo. Neque enim eam pos-
sum spem concipere ut mihi debilem hanc meam opellam
Tibi gratam futuram esse persuadere possim, quin potius
metuendum est mihi, ne dum hanc Tibi præsentare præsu-
mo, veluti audax nimis & temerarius repellar atque confundar. Veruntamen
cum favorum à Tua Clementia receptorum copia me Tibi obligatissimum esse
censeatur, quomodo committere possim, ut ad minus per hanc tenuium Composi-
tionum

PAOLETTI
X 1725

DEDICATIO AUTHORIS.

tionum mearum exiguitatem eidem correspondere intermittam: Scio equum
 & libens fateor, quod ad demonstrandum vel minimam compensationis summi
 quoddam specimen, longè excellentius donum requiratur: at verò talenti
 modicitas, præstantioris muneris facultatem minimè indulget. Etenim tantam
 Majestati Tuæ in tributum servitutis meæ vitam pariter penderem & sanguinem
 aliud non facerem, quam si terram Tibi pro auro, aut pro gemmis lutum refererem.
 Imò si quot calamus iste in hisce foliis characteres exaravit, totidem Honorum
 vitas meas consecrarem, ad compensandam tot beneficiorum à tua Clementia
 imperatorum vel minimam particulam haudquaquam sufficerent. Etenim
 tera parte me juvat credere, quod quæ universalem quandam omnium Peccatorum
 Superintendentiam tenes, inter quos ego me maximum esse profiteor, quod
 dam Maternæ tuæ erga me benignitatis actum exercere non dedignaberis, et
 patiendo huic meæ arrogantia, quæ ad rudes hosce impolitiosque characteres
 Tibi consecrandos me animavit. Cùmque maternus Sinus tuus, aurifodina quæ
 inexhausta, & indeficiens sit gratiarum ærarium; maxima cum humilitate, quæ
 exhibere possit vilissimus terræ vermiculus, qualis ego sum, Tibi supplico, ut
 solam gratiam mihi indulgere digneris, ut in hora mortis meæ unica sis mea
 protectrix, mihi que ab unigenito Filio efficaciter impetres, ut in hoc ultimo tran-
 sactus eliciam veram contritionis, amaras effundendo poenitentia lachrimas, et
 neque à me commissos cordialiter detestando errores. Quapropter sub patris
 tui chlamydem simul cum hoc modico Volumine animam quoque meam
 riter configno, spemque salutis meæ intra manus tuas depono. te tandem
 ultimam obsecrans atque obtestans, ut posthabitis demeritis meis
 ad me nunc exaudiendum læto vultu condescende-
 re digneris, qui genuflexus te veneror
 atque adoro.

PRÆFATIO